

hiscæ spectandis et ordini accommodandis labores saepe et animi defatigationes sumus solati. In acceptis ei fero permulta momenta historica, figilla nonnulla, librosque huic operi adhibitos vel sumtuosiores vel rariores.

DISS. VI.  
DE  
EXEMPTIONE ECCLESIASTICA.

- Synopsis. §. 1. *Monasteria Episcopis subiecta.*  
 §. 2. *Sensim iurisdictioni Episcoporum sese subtraxerunt.*  
 §. 3. *Exemptio monasterii Ludolfini per institutionem et confirmationes Pontificum corroborata.*  
 §. 4. *Ea olim et nuper in controuersiam vocata.*  
 §. 5. *Ipsa fuit sublata controuersia decisione Pontificum et Ven. Schannati.*  
 §. 6. *Abbatissae tamen Episcopalem curam obire non potuerunt.*  
 §. 7. *An ipsae penes Protestantes ius consistoriale obtinere & possidere queant.*  
 §. 8. *An teneant illud ex tempore reformationis.*

§. I.

**S**imulac religio christiana radices agere coepisset, non defuerunt, qui ultra id, quod sacris litteris proditum est, sapere maluerunt. HERMAS (\*) Visionarium egit, Apostolis singulis nondum extinctis, eaque sibi adparuisse finxit, quae maximam partem nullius sunt momenti, supposita, et falsa. Ansa hinc data inhiandi sublimioribus, ac hinc enarrationi articulorum fidei aridiori, inde Mysticismi ac Platonismi stammina subnata. Fautores Mysticismi secessum praetulerunt vitae turbulentæ: ac vitiorum extirpationem quaesierunt per commercii humani fugam. Vtrimque sensim ad extrema itum. Qui homines fugiebant, quique errores doctrinae studiose declinabant, immunitatem a peccato extra sese circumspexerunt. Discidium peperit vitia obtentu criminum euitandorum. Ex vna parte misanthropiam et ex altera persecutionem errantium amplexi sunt, quotquot arbitrio suo res diuinas aestimarunt. Amor solitudinis peperit anachoreticam vitam et monasteria. In initio fratres vocabantur, qui societatem eiusmodi inibant. Seniores, qui vitae erant probatae doctrinaeque ad usum vitae ipsius compositae, instruebant ceteros, sacramenta dispensabant, et consensu societatis suae malitiosos e commercio suo excludebant. Clerici sensim traxerunt ad sese auctoritatem seniorum, verbi expositionem, ac sacramentorum administrationem. Coetus totus eiusque nomine senior absoluebat eum, qui ad frugem redierat et emendatori vitam sese eis adprobauerat, quos exemplis prauis offenderat. Adprobatio illa vocabatur *satisfactio*; impetratio autem veniae adpellabatur *meritum* ratione obtinentis, et *absolutio* respectu dantium. In agapis Senior familiae dispensabat sacra. An ea peccata a coetu remitti possent peccatoribus, quae in solum Deum erant admissa, quaeri coeptum est, quum Nouatianismo iretur obuiam. Ex adfirmatione quaestionis orta est confessio peccatorum omnium eorumque absolutio ecclesiastica. Hanc sacerdotes sensim sibi vindicarunt, ac remissionem peccatorum, quam vere conuersis legati diuini adnuntiare, et generatim et speciatim dato casu adplicare debent, commutarunt in consuetudinem, locumque peculiarem confessioni, ac absolutioni tribuerunt. Inter presbyteros deinde eminuerunt Episcopi; inter coenobitas Abbates. Illi hosce paullatim suae submiserunt ditioni. Inter Episcopos nonnulli porro caput extulerunt et Archiepiscopatus honore sese

(\*) HISTOIRE des Papes à la Haye a. 1732. 4. p. 34. To. I. LE SVEVR Hist. de l'Eglise et de l'Empire ad 2. 146.

fese amant, h  
deducta, origi  
mam obtinuit Ro  
niam. Species sa  
episcopalis erat ac  
potentia Britanno  
legitima semper  
gram, Romanis  
in ambitionem sa  
sus, quoad florebat  
exigere videbatu  
ctortas praesto et  
sponsa a regentis  
primis Romano l  
Ex eis missi sunt  
ethnicorum, Ar  
no probe imbut  
iutores facultates  
simus stipi obtex  
datiorem vitam tr  
endos, exacti. I  
eis enim Regum p  
redibant. Ordo h  
christianis caro cor  
Reliquias sola fere R  
terant. Commerci  
runt. In initio quide  
tur ad regulam, a  
ex Abba, dicere co  
bi norant obstringi  
diderunt obnoxios  
regulas ordinis cu  
Id tamen impedit  
presbyterorum su  
rum iussa subterfui  
maluerunt dicto a  
TRVM inter haec  
li ianitore, (d) ex  
litteras bullatas, a  
bitae autem cruce  
runt. Initia vitae a  
frigide exceptit desti  
nandini Papis resistere

Quum Episcop  
qui in coenobia secessi

(a) CHRONICON SAXON.  
 (b) Idem CHRONICON  
 (c) CONCIL. Chalcedon.  
 et privilegia Abba  
 August. Vindel. ut  
 Levitae L. VI. c.  
 L. II. c. 8. Conf.  
 cesu et Hierarchia  
 (d) CHRONICON ANGL.  
 (e) BASNAGE Annal. Po  
 p. 146. vbi quoque  
 et le St. Esprit ne  
 merairerent le voer

sefe ornarunt, haud opinati cum Cel. Ioanne Burchardo Menkenio, nomina, ex *Archi* deducta, origini insistere ventosae & histrionicae. Inter Archiepiscopos sensim palmam obtinuit Romanus. Vetustas, auctoritas & amplitudo Romae fauebat illi destinationi. Species sanctitatis consilium iuuabat. Loci situs in omnem partem commerciis epistolicis erat accommodatus. Romani adsueuerant Pontificibus maximis. Druidum potentia Britannos, Germanos & Gallos ab indagatione limitum potestatis docentium legitima semper auerterat. Absentia Imperatorum et Regum post Constantinum Magnum, Romanis Pontificibus gratissima, impediēbat, quo minus imperium inquireret in ambitionem sacerdotii. Imperatoribus Constantinopolitanis fucus palpusque obtrusus, quoad florebat. Imbecillitati eorum Reges Francorum oppositi. Vnitas ecclesiae exigere videbatur hierarchiam monarchicam, vt forma doctrinae maneret vnica, et auctoritas praesto esset contra rei sacrae turbatores sectarumque magistros ferocios. Responsa a regentis et sanctis, fallique nefciis, videbantur petenda. Sanctitatis titulus in primis Romano Pontifici tributus. Roma sibi sensim scholas nationum (a) vindicabat. Ex eis missi sunt Cantores, moderatores scholarum, linguarum magistri, emendatores ethnicorum, Archiepiscoporum auctoritas et pallium, (b) hominesque, sensu Romano probe imbuti. Vt auctoritati primariae ne deessent opes, Pontifices et eorum adiutores facultates numosque a Regibus populisque conquisiuerunt. Nunc victus tenuissimus stipi obtextus: nunc Iudaei, gentesque impuris opinionibus deditae, ad emendatiorem vitam trahendi videbantur: nunc sumtus in templa, liberos puerosque instruendos, exacti. In primis monasteria potiora curiae Romanae erant submittenda. In eis enim Regum procerumque filii filiaeque educabantur. Hinc quotannis nonnulla redibant. Ordo Romanus Missalia cetera tandem exterminauit. Purgatorium in primis christianis caro constitit. *Tulsa apostolica* i. e. officina pharmacorum reliquis excelluit. Reliquias sola fere Roma distribuit. Depressi sunt omnes & pessumdati, qui nocere poterant. Commertium epistolicum et delatores Romano sacerdotio nihil non patefecerunt. Initio quidem monasteria, queis et mares et feminae sese incluserant, regebantur ad regulam, a coetu adprobatam, sibi que praeficiebant *seniorem*, quem *Abbatem*, ex *Abba*, dicere consueuerant. Episcopi vero, qui dominantium libidinem melius sibi norant obstringere, Abbates et Abbatissas et vi et ope sua promissa ditioni suae reddiderunt obnoxios. Nonnulla coenobia prudentius saluti suae prouidebant, siquidem regulas ordinis cum iure constituendi ex suorum numero presbyteros coniungebant. Id tamen impedire non potuerunt, quo minus inspectio coenobiorum ecclesiastica et presbyterorum suorum confirmatio ab Episcopis (c) suspenderetur. Vt igitur Episcoporum iussa subterfugerent conlegia Monachorum et Canonicorum, Pontifici Romano maluerunt dicto audientes, obseruantiam illam singularem haud adspernante. *PETRVM* inter haec iam saeculo VII praesides coenobiorum et ecclesiae habuisse pro *coeli ianitore*, (d) ex testimoniis patet non vnus. *Subscriptionis signum*, infra diplomata et litteras bullatas, ac in ipsis sigillis, *crucem* refert iam antiquissimo tempore. Coenobitae autem *crucem* peculiari ardore supra portas templorum ac coenobiorum conlocarunt. Initia vitae anachoreticae Papis minus probata sunt. Siricius Papa (e) Paulinum frigide excepit destinationesque monasticas sibi displicere testatus est. At cum consuetudini Papis resistere haud integrum esset, necessitas in emolumentum conuersa.

## §. II.

Quum Episcopi, variis munerum occupationibus distracti, mores religiosorum, qui in coenobia secesserant, parum curarent, praesidesque coenobitarum imperata Episcopo-

Aa aa aa aa

fco-

(a) *CHRONICON SAXONICVM* Gibboni ad a. 816. p. 70.(b) Idem *CHRONICON* ad a. 601. p. 24.(c) *CONCIL. Chalcedon. Act. VI. can. 1. et Act. XV. can. placuit. D. ASCANIUS TAMBRINIUS de iure et priuilegiis Abbatum, Praelatorum, Abbatissarum et Monialium, Disput. XV. §. 1. p. 115. ed. August. Vindel. 1698. fol. SYNODVS Aurelianensis can. VII. XIX. et inde in Capitulis Benedicti Levitae L. VI. c. 139. atque apud Gratianum Can. Abbates 18. qu. 2. CAPITVL. CAROLI M. L. II. c. 8. Conf. ECCARDVS in Animaduersionibus historicis et criticis ad I. Fr. Schannati Dicesin et Hierarchiam Fuldensem p. 5. 19.*(d) *CHRONICON ANGLICVM* Gibboni ad a. 656. p. 37.(e) *BASNAGE Annal. Politico-eccles. ad a. 394. §. 11. HISTOIRE DES PAPES, Haye 1732. 4. To. I. p. 146. vbi quoque ad annum 404. p. 162. venuste: La Virginité perpetuelle est vn Don de Dieu, et le St. Esprit ne s'est nullement engagé à donner une parfaite continence à ceux, qui sont temerairement le voeu d'un Celibat perpetuel.*

scoporum ferre non possent; collegia illa votiva iugum Episcopale sensim excusserunt. Initia existere tenuiora: progressus fuit audacior: finis Episcoporum familiae ingratus. D. IOANNES SALINAS Neapolitanus, qui nuperrime anno 1731 *Opuscula S. Hilarii Arelatensis Episcopi Romae in forma, quam vocant octauam*, edidit, in adnotationibus perdoctis solide ostendit, (a) origines immunitatis, qua frui coepit Leontius Abbas monasterii Lirinensis aduersus Episcopum Foroiuliensem, ad saeculi quinti exordium esse referendas. Qualem Leontius in suos tenuerit iurisdictionem, patet ex concilio tertio Arelatensi. Quum enim Theodorus, Foroiulienensis Episcopus, in Narbonensi Gallia dilatare iurisdictionem cuperet manusque etiam ad proximam insulam Lerinum eiusque Abbatiam extenderet, concilium illud anno 455. a Rauennio celebratum sanxit, vt Theodorus hoc tantummodo sibi vindicaret, quod Leontius decessor suus, sanctae memoriae Episcopus, vindicauerat, id est, vt clerici atque altaris ministri a nullo, nisi ab ipso, vel cui ipse iniunxerit, ordinentur: chrisma, non nisi ab ipso, speretur: neophyti si fuerint, ab eodem confirmentur: peregrini clerici absque ipsius praecepto in communionem vel ad ministerium non admittantur; Monasterii vero omnis laica multitudo ad curam Abbatis pertineat: neque ex ea sibi Episcopus quicquam vindicet: aut aliquem ex illa Clericum, nisi Abbate petente, praesumat. Hoc enim et rationis et religionis plenam est, vt Clerici ad ordinationem Episcopi debita subiectione respiciant: Laica vero omnis monasterii congregatio ad solam ac liberam Abbatis proprii, quem sibi ipsa elegerit, ordinationem dispositionemque pertineat, regula, quae a fundatore ipsius monasterii constituta est, in omnibus custodita. Exemptio haec vocari potest minor. Eam tamen paulatim ad maiorem vim sese extulisse, dubitari non potest. Anno 509. 21 Aug. Abbatia S. Germani Parisiensis a iurisdictione Episcopali maximam partem fuit exempta. Anno 559. eadem fortuna usum est coenobium S. Medardi Sueffionum, quam a. 590. confirmauit Ioannes III, Pontifex Romanus. Paulo ante Gregorius Magnus priuilegium Episcopo Rauennati indulserat, praesidendi monasterio SS. Iohannis et Stephani. (b) GRATIANVS in ea est haeresi, exemptionem tum singulis per Italiam coenobiis fuisse concessam: quod, prouti falsum est, merito explosit Augustinus Barbosa. (c) Breui tamen post tempore exemptio plerisque obtigit coenobiis, quae tamen auctoritatem legatorum Pontificis Romani summos non excludit, quamuis remoueat iurisdictionem et potestatem eorum, quibus nomen est *legatis natis*, (d) IOANNES GEORGIVS ab ECCARD, fautor quondam noster, exemptionis maioris, qua Episcopi certi potestas est sublata, origines non adeo reddit antiquas. Ipse enim haec habet: (e) *At, inquit, qui exemptiones monasteriorum et Monachorum a iure Episcopi dioecesani propugnant, et, eas summae antiquitatis esse, demonstrare conantur, fuisse monasteria non vna remotissimis temporibus ab Episcoporum iurisdictione libera declarata. Citabunt priuilegium Lirinensis monasterii in synodo Arelatensi anno 455. confirmatum. Adducent aliquot monasteria in Africa Episcopo dioecesano non subiecta. Proferent priuilegia Augustodunensibus, San Medardinis Sueffionensibus, Turonensibus aliisque a summis Pontificibus concessa. Sed haec vltima a genio saeculi, quo concessa feruntur, abhorre et spuria esse, sole meridiano clarius a viris doctis iam dudum ostensum est. Siquod monasterium tunc exemptum erat ab Episcopi potestate, haec exemptio saecularia tantum et regimen loci interius concernebat. In ea autem versatur opinione SCHANNATVS venerandus, (f) saeculo iam VIII medio Zachariam Pontificem maximum exemptionem maiorem coenobio tribuisse Fuldensi. Exstat aliud quoque exemplum, ad Pipini, qui Carolum Magnum genuit, aetatem referendum. Pipinus enim ille monasterio S. Galli firmissimum emunitatis priuilegium (g) impertitus fuerat. Quum vero Episcopus Constantiensis illud infringere tentasset, suae quippe potestati ac iurisdictioni aduersum; lis ad Carolum Magnum delata est. Eginus Episcopus a tabulario perlatum interceptit diploma idque combussit. Vero simile est, priuilegio illo immunitatem maiorem, et ad ecclesiastica stricte sic dicta respicientem, fuisse contentam.*

## §. III.

Episcopi Germanici istum ritum in Germania inualescere aegre tulerunt, nec in hunc

(a) Ad S. HONORATI Episcopi Vitam §. 15. p. 141.

(b) GREGORIUS L. VII. ep. 1. et 18. GRATIANVS in can. *quam sit necessarium* et can. *luminoso* 18. qu. 2.(c) In *Tr. de officio et potestate Episcopi* Part. III. allegat. 105. num. 11. sq.(d) TAMBRINIVS l. c. *quaest.* I. p. 117. col. 1.

(e) Loco laudato §. 2. p. 6.

(f) In *Archivo Fuldensi vindicato* p. 5. sqq.(g) RATPERTVS de *casibus S. Galli* c. 5.

huic diem, coe-  
tes in plurimis lo-  
datione doceatur  
menta ad exempti-  
fieri vel ex privi-  
quaque repugnar-  
hanc interruptam  
cere posse, existi-  
beratem non par-  
falia, ni Pontific  
Romano Pontifice  
iura suppeditand-  
nodos in coenobi  
mandato summi l

Eo ipso exe-  
rum tutelae fuer-  
ria nostra desum-  
chrisma, oleum sa-  
menta ecclesiastica  
legium illud reno-  
tillus non licuit ag-  
candum fuit pro c-  
quidem Romano I-  
rum existunt. que  
fundata B. Petro de  
fulto Pontifice, vel  
nes alias pias conue-  
culentum Pontificis  
tionem, vel ad boni-  
tifice sui temporis  
misteriales (m) eccl-  
nis ecclesiasticis a  
lipenderent, INI-  
ctum ferret de po-  
posthaec a Carolo  
modi erant viri or-  
cari solebant iudice-  
toribus porro gaude-  
Imperatoris ad iust-  
nae, in actum dedi-  
ces, vt bona eccles-  
Petri spectabant, pe-  
fensione cessante, b-  
ex consensu Praelator-  
Vt alienata recuperaren-  
VRBANVS VI, BON-  
nobilis regali Ganders-  
desiderauit. Ipse enim  
fulorum principi, pr-

(f) Baro de LYNCKER 2

(g) Supra p. 747.

(h) Supra p. 752.

(i) Exemplum habet sup-

(k) BRVNEMANNVS C

(l) Pag. 748. supra.

(m) Ibidem.

(n) ECCARDVS vero in

Fuldensem §. 2. p.

testate Episcoporum

hunc diem, coenobia singula Romano Pontifici duntaxat subesse, adfirmant, exercen-  
 tes in plurimis locis iurisdictionem aitam, coenobiis innexam. Quare opus est, vt  
 distincte doceatur, praesides quinam ab ea potestate esse debeant immunes. Argu-  
 menta ad exemtionem solide comprobendam desumenda sunt vel ex fundatione mona-  
 sterii vel ex privilegiis Pontificum singularibus et eorum confirmatione infecuta. Hisce  
 quoque repugnare conati sunt subinde Episcopi, dummodo, vel possessionem ipsam  
 haud interruptam potestatis suae in coenobia vel praescriptionem centenariam, se do-  
 cere posse, existimarunt. Exemptio ipsa variis fulget praerogativis. Concedit enim li-  
 bertatem non parendi edictis et constitutionibus Episcoporum: revocandi feuda men-  
 salia, ni Pontificis summi accesserit auctoritas et consensus: (f) confirmationem a solo  
 Romano Pontifice petendi: denegandi Episcopis et tributa, et seruitia quaecunque, et  
 iura suppeditandi oleum sacrum, inaugurandi aedes sacras et altaria, conuocandi sy-  
 nodos in coenobio, inquirendi in vitam et doctrinam coenobitarum, nisi ex speciali  
 mandato summi Pontificis, vel rogatu Praelatorum ac Abbatissarum.

Eo ipso exemptae ecclesiae singulari Romanorum Pontificum patrocinio et Papa-  
 rum tutelae fuerunt demandatae. Illustrari haec possunt variis documentis, ex histo-  
 ria nostra desumptis. **INNOCENTIUS III.** Abbatissae concessit facultatem, sumendi  
*chrisma, oleum sacrum, ordinationes suorum sacerdotum, consecrationes altarium et alia sacra-*  
*menta ecclesiastica* ab eo Episcopo catholico, quem Abbatissa deligere mallet. (g) Priui-  
 legium illud renouauit et confirmauit **Honorius III.** (h) Ex aduerso Praelatis et Abba-  
 tissis non licuit agere de bonis ecclesiae ac monasteriorum pro arbitratu; sed suppli-  
 candum fuit pro obtinenda cuiusuis mutationis bonorum ecclesiasticorum facultate, et  
 quidem Romano Pontifici. In huius enim quasi patrimonio bona exemptarum ecclesia-  
 rum existunt, quod auctores institutionum piarum spectarunt, qui coenobia ab ipsis  
 fundata B. Petro donarunt. Eam ob causam Praelatis et Abbatissis haud licuit, incon-  
 sulto Pontifice, vel distincte eodem non consentiente, bona ecclesiastica ad fundatio-  
 nes alias pias conuertere; (i) tantum abest, vt alienationes bonorum eiusmodi citra lu-  
 culentum Pontificis consensum ratae esse potuerint, praecipue si ad *dotationem ac funda-*  
*tionem*, vel ad *bona mensae*, illa bona pertinerent, (k) ita faciente **VRBANO**, Pon-  
 tifice sui temporis summo. Eam ob causam Pontifices confirmarunt *aduocatos* (l) et *mi-*  
*nisteriales* (m) ecclesiarum exemptarum, et, si forte officio suo haud satisfacerent, poe-  
 nis ecclesiasticis adfecerunt. Et ne censuram ecclesiasticam principes, militesque, vi-  
 lipenderent, **INNOCENTIUS III.** Papa Imperatorem Fridericum II eo adegit, vt edi-  
 ctum ferret de poenis ciuilibus, in inuafores bonorum sacrorum expromendis: quod  
 posthaec a Carolo IV confirmatum et exasperatum fuit. Cognitores inuasionum eius-  
 modi erant viri ordinis ecclesiastici, quos ei officio et honori Pontifex admouebat. Vo-  
 cari solebant *iudices et exsecutores*, qui, ob loca longinquiora, suis *subiudicibus* et *subexsecu-*  
*toribus* porro gaudebant. Si censurae in reum nondum sufficerent, a clericis profectae;  
 Imperatoris ad iustitiam confugere licebat, vt is constitutioni Fridericianae et Caroli-  
 nae, in actum deducendae, pondus et vim adderet. Nec patiebantur summi Pontifi-  
 ces, vt bona ecclesiarum exemptarum alienarentur, partim quia illa ad patrimonium  
 Petri spectabant, partim quod *ministeriales* bona ecclesiae defendere debebant: qua de-  
 fensione cessante, bonis ipsis eos cedere oportebat. Eum in finem ministeriales bona  
 ex consensu Praelatorum resignabant, quamprimum ea amplius defendere nequibant.  
 Vt alienata recuperarentur, decreta ediderunt **INNOCENTIUS VI**, **GREGORIUS XI**,  
**VRBANUS VI**, **BONIFACIUS IX**. Vt haec exemptio, et eius fructus ac priuilegia coe-  
 nobio regali Gandersheimensi prodesse, iam Ludolfus, Dux Saxoniae Orientalis, (\*)  
 desiderauit. Ipse enim illud a sese destinatum structumque coenobium Petro, Apo-  
 stolorum principi, pro remedio animae suae nominatim subiecit, seu, vti ipse scripsit,

A a a a a a 2

in

(f) Baro de **LYNCKER** *Resp.* 2. n. 158. sqq.  
 (g) *Supra* p. 747.  
 (h) *Supra* p. 752.  
 (i) Exemplum habes *supra* p. 749. n. 19.  
 (k) **BRVNEMANNVS** *Conf.* I. n. 305. **REDOANVS** *de rebus eccl. non alienan.* qv. 55.  
 (l) *Pag.* 748. *supra*.  
 (m) *Ibidem*.  
 (\*) **ECCARDVS** vero in *Animadoersionibus historicis et criticis ad Schannati Dioecesein et Hierarchiam*  
*Fuldensem* §. 2. p. 1. sq. putat, ante finem saeculi decimi in ecclesia occidentali monasteria a po-  
 testate Episcoporum sacra non fuisse exempta. Sed obstant decreta Innocentii III.

imalefcere aegre tolerat, ne  
 si necessarium erit, huiusmodi  
 con. 11. 14.

in ius et proprietatem integraliter tradidit. (n) *SERGIUS* illud, diplomate papiraceo dato, in patrocinium quoque suscepit singulare. *IOHANNES XIII* exemptionem illam a. 968. confirmavit, (o) et ante eum *AGAPETUS II*, (p) nec non ipse *VICTOR II*. (q) Quatuor hae bullatae Pontificum litterae in papirum fuerant inscriptae. Tres posteriores, in membranam redactas, renouavit et confirmavit Papa *INNOCENTIUS III*, saeculo ineunte decimo tertio.

## §. IV.

Magna vero in hisce terris erat Pontificum Romanorum auctoritas; maior tamen Imperatorum, e Ludolfi stirpe progressorum potentia. Ad hanc Episcopi Hildesheimenses toto pectore sese recipiebant. Ludolfus ipse, filiique, consilii Alfridi, Wichberti et aliorum Episcoporum Hildesheimensium utebantur. Quo factum est, ut Episcopis hisce summa tuendorum sacrorum Gandershemii demandaretur. Verosimile est, singulos eorum, ut regendae huic ecclesiae praesidendi facultatem obtinerent, *virgulam* eo fine vel ab Imperatore vel ab Abbatisa, quod probabilius, accepisse. Id ex eo colligere licet, quod Willigius, Archiepiscopus Moguntinus, tradita potestate Episcopali, in dirigendis sacris Gandersheimensibus consistente, *virgam* simul Berwardo, Episcopo Hildesheimensi, tradiderit. Episcopi Hildesheimenses vsque ad *Gerbergam II* sacris coenobii regalis Gandesiani praefuerunt, Abbatissis ita volentibus. At quum successores Alfridi et Wichberti magis amplitudinem suae potestatis, quam regni Christi, circumspicerent, et exemptionem illam, paulo ante ostensam, suppressuri essent; lites tandem de iure dioecetano, in Gandershemium extendendo, exarserunt vehementissimae, quas copiose recensui in *Vita SOPHIAE I. cap. I. §. 4. 5. 6.* (r) Licet enim litterae Pontificum bullatae fauerent exemptioni; multa tamen obmoliti sunt Episcopi Hildesheimenses, inhaerentes, opinor, diplomatibus Ludouici Pii et Henrici II, quibus termini dioeceseos Hildesheimenses fuerant perscripti. Stetit quoque horum Imperatorum diplomatum auctoritas prae Bullis Pontificum, donec *INNOCENTIUS III*. laertos latius moueret et Imperatorum auctoritatem ac decreta pedibus suis subiiceret. Miror, Virum Illustrum *IOANNEM GEORGIVM ECCARDVM* (s) dicam eamque criticam scripsisse priuilegio Agapeti II, quo hic Windelgardi Abbatisae eique successuris exemptionem dioecetanam confirmauerat. Vir enim praeclarissimus, ut similibus bullatis litteris, quas ab eodem Agapeto II. duobus post mensibus Abbas Fuldenfis acceperat, vim suam ac robur auferret, ad Gandersheimensia prouocauit, lectori persuasurus, exemptionem ab Agapeto decretam pertinere tantum ad libertatem, de rebus saecularibus et regimine interiori sanctimonialium, secundum regulam S. Benedicti, statuendi. At quomodo haec quadrant ad verba priuilegii? Agapetus enim inter alia edicit, ut coenobium regale Gandersheimense non nisi iurisdictioni ipsius Pontificis submittatur. Quomodo haec ad saecularia trahi possunt? Horum respectu Abbatisa Regi et Imperatori suberat. De regimine interiori ad regulam non opus erat eius modi priuilegio, siquidem illud dudum ad Abbates et Abbatissas fuerat, citra Episcoporum admonitiones et potestatem ulterius audiendas, translatum. Ut hunc scrupulum nodumque amoueret *ECCARDVS*, constituit tandem secum, litteras Agapeti II, Windelgardi datas, pro suspectis et supposititiis habere. Eum in finem ante quatuor hosce annos a me contendit, ut scripturam ipsam ad exemplum primum accurate efformatam mitterem. Praeuidi facile, virum perspicacissimum exemplo ei, quod apud nos superest, antiquitatem, Agapeto parem, non adscripturum. Quare coniecturam duxi, Celeberrimum Virum praemature iudicio vsurum et integro priuilegio fidem genuinae auctoritatis detracturum. Euentus suspicioni meae respondit. Palam enim in epistola paulo post ad me missa vir laudatissimus sententiam suam aperuit, quaerens ex me, num *Andreas*, qui priuilegium primae scripturae exarauit, re vera vocetur *arcarius sanctae sedis Apostolicae*. Ipse enim suspicabatur, scribendum esse *archivarius*. Apud *LEVCKFELDIUM* enim perperam legitur *Arcanus*. (t) Tum respondi: legi *arcarius*, eam-

(n) Supra p. 60.

(o) Supra p. 620. sq.

(p) Supra p. 57. (2)

(q) *IO. MABILLONIVS* de re diplomatica L. I. c. 3. §. 14. p. 37. sq.

(r) Supra pag. 638. sqq.

(s) *Animadversiones historicae et criticae eius in Io. Friderici SCHANNATI Diocesis et Hierarchiam Fuldensem* videantur §. 25. p. 34. sq. Wirzburgi fol. 1727.(t) In *Antiqq. Gandersib.* p. 429.

DIS.  
eamque vocem sit  
scribis archivi adie  
esse, papi quippe  
stae, ensque rulli  
nam: ipsam iam a  
nullis, inde in no  
mum incessebat, e  
in eam descensura  
Innocentius III, e  
haec mea responfa

Agapeti II pr  
Abbas Fuldenfis,  
docuit eius antag  
merito, cognition  
datam fuisse, Hil  
tem collegisse, n  
nem per *Viros du*  
*tro citroque accur*  
*Venerandus, Inn*  
ecclesiasticae, a it  
Episcopi Hildeshei  
cinando proceditur  
detorquendus esset  
Episcopi Hildesheim  
Iohannis XIII & Vi  
terat equidem ad lo  
torem Regemve no  
hemensi locum for  
robur saepe defuiss  
Abbatissa occasione  
Archiepiscopis ac  
dem tanta, quam  
967, qui tantae di  
catus, ut ibi secur  
et, festo S. Michae  
Romam recta prop  
nam suscepit Impe  
mannum et Theod  
pat. Quum enim  
Windelicorum Otto  
trata vero ibi Sancto  
si, actis aliquot diebus  
rio maximam Senatorio  
nus autem Papa in gr  
nem Regem, acclamatio  
ditavit. factaque est no  
pistorum cum Domino Pe  
tembris paulo ante na  
micali erat praeditus  
Adalberonem Archiep  
XV anno Pontificatus I

(u) Hoc enim legitur EC  
(x) In *Vindictis quorundam*  
Conl. ACTA ER  
(y) *CONTINATOR* Regi  
(z) *Annal.* L. II. p. 338. 6  
(v) Apud *WITICHINDP*

eamque vocem satis olim tritam esse, pro qua alibi occurrit *scriniarius*, i. e. is, qui scrinia archivi adseruat. Addidi, primum Agapeti II exemplum scripturae non superesse, *papiro* quippe inscriptum, et iam Innocentii III aetate fere consumtum ex vetustate, eiusque iussu id ab Abbatibus fuisse denuo descriptum in membranam Pergameam: ipsum iam agnouisse, quod Innocentius III. illud pro genuino habuerit, et nonnullis, inde in nouas bullatas litteras insertis, robore praemunierit. Suspicio enim animum incessebat, eum, qui nuper inter Pontificios nomen suum professus fuerat, vix in eam descensurum sententiam, vt dubitaret de sensu Agapetianae Bullae illo, quem Innocentius III, examine debito prius instituto, deprehensum (u) confirmavit. Ad haec mea responsa posthaec nil amplius regeffit *ECCARDVS*.

## §. V.

Agapeti II priuilegium, anno 943. Windelgardi Abbatis interuentu Hadamari Abbatis Fuldenfis, impertitum ab *ECCARDO* in alienum torqueri sensum, perspicue docuit eius antagonista *IOANNES FRIDERICVS SCHANNAT*, (x) Vrgit enim merito, cognitionem de exemptionis negotio ab Innocentio III viris probatissimis demandatam fuisse, Hildesheimensem Episcopum argumenta quaecunque in contrariam partem collegisse, nonnulla decreta sibi fauentia elicuisse, ad centenariam praescriptionem per Viros duos primarios Romam ablegatos prouocasse, et nihilo fecius, causa vitro citroque accuratissime discussa et examinata, litem perdidisse. Addit merito vir Venerandus, Innocentium III sensum priuilegii Agapeti II adprobasse, qui exemptioni ecclesiasticae, a iure dioecetano liberanti, faueat. Ex exemptionis priuilegio diu ab Episcopis Hildesheimensibus eluso perperam, ad exemptionem ipsam tollendam, ratiocinando proceditur. Ita enim sensus priuilegii Iohannis XIII in alienam mentem itidem detorquendus esset, siquidem ab anno 968, quo datum est, vsque ad initia saeculi XIII Episcopi Hildesheimenses obstiterunt, quo minus exemptioni, priuilegii Agapeti II, Iohannis XIII & Victoris II corroboratae, pondus et externa exsecutio accederet. Poterat equidem ad Iohannis XIII vsque tempora ab Hildesheimensibus opponi, Imperatorem Regemve nondum declarasse, exemptioni eiusmodi in coenobio regali Gandersheimensi locum fore. Infruari enim non possumus, ea aetate priuilegii Pontificum robur saepe defuisse, nisi Rex seu Imperator aduisset. Eam ob causam Gerbirga II. Abbatisa occasione imminuit, vt in solemni confesso ab ipso Imperatore et Principibus, Archiepiscopis ac Episcopis, exemptioni denuo adiungeretur auctoritas publica, et quidem tanta, quam Episcopi Hildesheimenses infringere non possent. Instabat finis anni 967, qui tantae destinationi fauere videbatur. Tum enim Otto II, a patre Romam vocatus, vt ibi secum natalem Domini celebraret, exeunte Augusto itineri sese accinxit, et, festo S. Michaelis sub initium Septembris Augustae Vindelicorum celebrato, (y) Romam recta properauit, vbi in natali Domini, patre iubente, a Iohanne XIII coronam suscepit Imperatoriam, si *DITMARO* (z) et litteris *OTTONIS* primi (a) ad Hermannum et Theodericum datis fides est. *ANNALISTA Saxo* autem paullulum discrepat. Quum enim repetiisset *continuatoris Reginonis* verba, ita pergit: *Inde Augusta Vindelicorum Otto II progressus per Tridentinam vallem, Verona patri suo occurrit. Celebrata vero ibi Sanctorum omnium festiuitate per Mantuam, indeque nauigio Rauennam digressi, actis aliquot diebus Romam tendentes XII Kal. Ianuarii peruenerunt, et tertio ab vrbe milario maximam Senatorum multitudinem cum crucibus et signis et laudibus obuiam habuerunt. Dominus autem Papa in gradibus beati Petri residens eos honorifice suscepit, et sequenti die Ottomem Regem, acclamatione totius plebis, ante Confessionem beati Petri Caesarem et Augustum ordinauit. factaque est non modica nostration et Romanorum laetitia de iocundissima duorum Augustorum cum Domino Papa conuentione.* Hac ratione Otto II coronatus est die XXII Decembris paullo ante natalem Domini, et quidem die solis, qui anno 967. littera Dominicali erat praeditus. Idem confirmatur ex Iohannis XIII. Papae litteris bullatis ad Adalberonem Archiepiscopum Remensem, quae datae sunt die 23 mensis Aprilis Indict. XV anno Pontificatus Iohannis XIII octauo, imperii Ottonis primi XI, secundi vero V in men-

A a a a a a 3

se

(u) Hoc enim largitur *ECCARDVS* l. c. §. 29. p. 45. lqq.(x) In *Vindiciis quorundam Archivi Fuldenfis diplomatum ab Eckharto perperam impugnatorum* p. 21. lqq. Conf. *ACTA ERVD. lat. Lips.* ad a. 1728. M. Nouembr. p. 495.(y) *CONTINuator Reginonis* ad a. 967. p. 112. To. I. Pistor. Edit. Struv.(z) *Annal.* L. II. p. 338. lq.(a) Apud *WITICHINDVM Annal.* L. II. p. 661.

se VI. (b) Si enim Otto II ad XXII Decembris fuit Imperator Romae renuntiatus, ipso vigesimo secundo Aprilis seu decimo Kalendas Maji sextum imperii diem iniiit. Contra vero ad natalem domini seu XXV. Decembris diem haec non quadrant. Mensis enim sextus secundi anni Ottonis imperantis inchoandus fuisset demum a die Aprilis 25. Interim tamen negari vix potest, Ottonem I diem coronati filii ignorasse, cui ipse paulo ante interfuerat, quum a. 968. mense Februario, apud Capuam commoratus, litteras in Germaniam daret, quae sunt apud Witichindum. Nam in eis luculente Otto senior scribit: *Filius noster in natiuitate Domini coronam a beato Apostolico in Imperii dignitatem suscepit.* Nec minus et hoc verum est, Iohannem XIII eiusque scriniarium ac bibliothecarium coronationi Romanae interfuisse, nec facile errorem in determinandis annis mensibusque imperii Ottoniani ab eis admisisse esse. Praeterea ex litteris bullatis eiusdem Iohannis XIII, ecclesiae Gandersheimensi in confirmationem exemptionis ecclesiasticae datis, et quidem ipsis Kalendis Ianuarii, clarissime perspicitur, Synodum maxime solemnem apud corpus Petri Apostoli intra mensem Decembrem anno 967 exstitisse, in qua priuilegium illud exemptionis ad sensu vtriusque Imperatoris Ottonis primi et secundi, ac quamplurimorum Archiepiscoporum et Episcoporum, corroboratum fuit. Exinde testimonio Annaliferae Saxonis iam adlato fides et auctoritas conciliatur. Ceteri scriptores id, quod proxime natalem Domini fuit peractum, perhibuerunt tritissima loquendi consuetudine in ipso Christi natalitio die celebratum esse. Hoc priuilegium IOHANNIS XIII, de quo iam dixi, fide esse dignum, ECCARDVS quoque pronuntiat, ratus, ex eo depromi posse telum in antagonistam. Quidquid vero de exemptione illa restat dubii, id omne iustissima INNOCENTII III decisionem sublatum est. (c) Ex eo tempore ad introductam vsque religionem Lutheranam exemptio (\*) illa viguit. Etenim quotiescunque Abbatissa ministrum ecclesiasticum S. Michaelis, S. Stephani, S. Petri, S. Mariae, S. Georgii, ac S. Bonifacii designauit, ei simul dedit facultatem et priuilegium accipiendi ordinationem et res consecratas ab eo Episcopo, quem ipse reliquis antepositurus esset. Idem adparet ex confirmationum Abbatialium coenobii Clusiniensis chartis vniuersis. Dicitur quidem quoque, post Innocentii III decisionem, coenobium regale Gandersheimense esse *diocesis Hildesensis*. Sed id tantum ad situm qualitercunque definiendum et ad meram scripturae consuetudinem pertinet. Exempla praebent chartae epistolaeque bullatae, ad exemptas ecclesias alias datae, in quibus Abbatia Quedlinburgensis dicitur esse *diocesis Halberstadensis*: Abbatia, Werthinensis et Essensis, scribuntur esse *diocesis Colonienfis* etc. Pretium recognoscendae exemptionis Dux Ludolfus statuit *duas stolas, albas, triginta aureis intextas*, quotannis summo Pontifici reddendas. (d) Ab eo tempore monasterium Gandersheimense primum in libro censuali camerae apostolicae inter cetera monasteria exempta et libera fuit adnotatum, vna cum pensione quotannis danda, scilicet triginta aureis ad pondus Bizantium, in duas stolas albis contexendis. (e) Per Bisantios vel Bizantios intelligendi sunt incolae oppidi Vefontii vel Bisantii, Befançon, in Comitatu Burgundiae. Pro stolis dein quoque numi sunt dati. Subinde pensio illa fuit omissa ad aliquot annos et ideo per cognitores deputatos exacta est. Praeterea confirmatio a sede Apostolica per singulas Abbatissas aere fuit redimenda, respectu amplitudinis bonorum Abbatiae. Annatarum vero onus intentatum quidem Capitulo fuit, sed plerumque, ni semper, declinatum. Haud incommode huc transfertur epistola bullata HVGONIS, presbyteri cardinalis, qua exemptionem et immunitatem ecclesiasticam ecclesiae maioris Gandersheimensis penitus confirmauit.

„Venerabili in Christo Patri - - - Dei gratia Epo. Hildesemen frater HVGOMiseratione diuina ecclesiae S. Sabine presbyter cardinalis. apostolice sedis legatus. salutem

(b) Apud MABILLONIVM de re diplom. L. V. tab. 50.

(c) Vide supra p. 737. sqq.

(\*) Cardinalis HVGONIS in litteris ad Episcopum Hildesensem a. 1210. Non. Iunii datis *Abbatissam et Capitulum secularis ecclesiae Gandersheimensis nullo medio ad Ecclesiam Romanam pertinere et exemptam esse*, docet. Idem testantur bullatae litterae Bonifacii VIII et IX, Innocentii VI, Gregorii XI, Innocentii VIII &c. quas in Vitis Abbatissarum adtulimus.

(d) Supra p. 61.

(e) Supra p. 147.

lutem et sinceram  
vis ecclesie de Gand  
tis. nobis conuen  
dicitur. ut ecclesial  
tum tempus primo  
que nuper vacasse  
fructibus multiplic  
accepimus. penitus  
nullatenus se exte  
quatenus ab inquit  
venerabili - - -  
premissa m onitio  
gratia ipsa iam. si  
Innocentii Pape II

Abbatem p  
teris suis inaugu  
cum non sunt ca  
unt. (f) Vnde p  
communicare, ne  
virgini votuatae.  
Pontificios, quoru  
potestate clauium  
mos apud Lutherar  
blico impertiri possi  
praeesse. (g) Hac  
Clericis imperant.  
tatem dederint, ta  
Parochiae tamen n  
diaconorum. Qu  
et ordinationem.  
mos certos pro ad  
ritus nondum exo

Quum vero  
sam et Westphali  
le in eis locis, qua  
traditum. Et ex  
storiale, nisi inter  
men juri eminenti  
Principes imperii,  
imperiales titulum e

(\*) Hinc adparet, Abb  
bra Capituli.

(f) TAMBRINVS de

(g) Ibidem quae, III.

(h) Loco laudato p. 194

(i) Quae, III. p. 196.

(k) Quae, XI. XII.

(l) M. ARC. ANTONIUS

(\*\*) HERMANNVS CO

niacam haeresin

GREGORIVS VII

ci p. 198. Illud

fat, interdicto,

anathemate prob

que praesul sibi i

proprio pastori es

tare parochiae Dal

Colonienfi, ita ta

dabatur. Vocabu

litem et sinceram in Domino caritatem. *Dilecte (\*) filie, Abbatissa et Capitulum secularis ecclesie de Gandershem vestre Dioc. ad ecclesiam Romanam nullo medio pertinentis. nobis conquerendo monstrarunt. pro eo. quod uobis a sede apostolica indultum dicitur. ut ecclesiasticorum beneficiorum vestre Dioc. uacantium possitis usque ad certum tempus primo anno uacationis uestris usibus applicare. fructus ipsius ecclesie. que nuper vacasse ab Abbatissa proponitur. exigitis ab eisdem. ipsas super eisdem fructibus multipliciter molestando. presertim cum eadem ecclesia a uestra ecclesia. sicut accepimus. penitus sit exempta. Cum igitur ad ecclesias collegiatas huiusmodi gratia nullatenus se extendat. paternitati uestre. qua fungimur auctoritate. mandamus. quatenus ab inquietatione ipsarum super premissis penitus desistatis. alioquin Viro uenerabili - - - Electo Mindensi damus nostris literis in mandatis. ut uos ad id premissa in omni auctoritate nostra. ecclesiastica censura compellat. Maxime cum gratia ipsa iam. sicut proponitur. exspirauit. Dat. Leodii Non. Iun. Pontific. Domini Innocentii Pape III. anno decimo.*

## §. VI.

Abbates potuerunt, si exempti essent, ipsi consecrationem suscipere et Presbyteris suis inaugurationem seu ordinationem impertiri. Sed Abbatissae per ius canonicum non sunt capaces ordinationis excipiendae. Quare eam ipsae peragere nequeunt. (f) Vnde porro cogitur ac efficitur, eas non posse publice docere (g) nec excommunicare, nec suspendere a percipiendis redditibus, nec interdicare ecclesiasticis virgini uotivae. (h) Administrat tamen bona et temporalia et spiritualia, penes Pontificios, quorum capax et habilis est. (i) Nec tamen potest rite benedicere, quia potestate clauium caret. (k) Ex ea coniunctione clauium canonica et benedictione mos apud Lutheranos est retentus, ut non nisi ordinatus benedictionem auditorio publico impertiri possit. Potest tamen Abbatissa secundum canones clericis saecularibus praeesse. (l) Hac de causa ecclesiae dictae sunt saeculares, ubi Abbatissae exemptae Clericis imperant. Hinc patet, quare Abbatissae Gandersheimenses Clericis suis facultatem dederint, facultatem, inquam, petendi ordinationem a quocumque Episcopo. Parochiae tamen nonnullae, ab eis possessae, subfuerunt ordinationi certorum Archidiaconorum. Quare candidatos Parochiarum suarum eis commendarunt ad examen et ordinationem. Ne tamen omni fructu carerent ex iure parochias conferendi, nummos certos pro assignandis altarium perceptionibus (\*\*\*) sibi destinarunt solvendo. Qui ritus nondum exoleuit.

## §. VII.

Quum vero potestas Episcopalis penes Protestantes suspensa sit per pacem religiosam et Westphalicam; Abbatissis, soli Imperatori et Imperio obnoxii, ius Episcopale in eis locis, quae sine interuentu alterius Principis Abbatissis fuerunt subiecta, fuit traditum. Et ex hac ratione eis in loca illa tribuendum est ius ecclesiasticum et consistoriale, nisi interuenerint cessiones et compacta cum vicinis Principibus, quae tamen iuri eminenti derogare non possunt, siquidem alias concedendum esset, dari Principes imperii, qui sint simul mediati et simul immediati. Nec video, cur Abbatissae imperiales titulum exemptionis adhibeant, et sese uocent exemptas, *frey*; nisi ab omni alia

iuris-

(\*) Hinc adparet, Abbatissam et Canonicas tantum intelligi. Quare Canonicitunc nondum fuerunt membra Capituli.

(f) TAMBRINVS de iure Abbatissarum et monialium Disp. XXXII. quaes. II. p. 192.

(g) Ibidem quaes. III. p. 193. sq.

(h) Loco laudato p. 194.

(i) Quaes. III. p. 196.

(k) Quaes. XI. XII.

(l) MARC. ANTONIVS Cucc. L. III. maior. institut. tit. 3. de Abbatissa.

(\*\*) HERMANNVS CONTRACTVS ad a. 1049. p. 331. Leo Papa Romae synodum, maxime contra Simoniacam haeresin celebravit. - - - Emptiones et venditiones altarium sub anathemate prohibuit. GREGORIUS VII in epistola ad Hugonem Dilectum apud Hugonem Flauiniacensem n. 2. Chronici p. 198. Illud commune malum paene totius terrae, quod altaria venduntur, quod - - - ne fiat, interdicto. WIBERTVS in Vita Leonis IX. L. II. c. 4. p. 71. Leo venditiones altarium sub anathemate prohibuit, sed constituit, ut partes decimarum ad Episcopum pertinentes, aut quisque praesul sibi teneret, aut, cuiusque uellet, tribueret; partem autem ad altare pertinentem proprio pastori ecclesiae gratis concederet. Exemplum supra obuium existit. Abbatissa enim altare parochiae Dalemensis tradidit ad vitae tempus Praeposito Hildesheimensi, post Archiepiscopo Colonienfi, ita tamen ut candidatus Abbatissae solueret pensionem, quem in finem huic commendabatur. Vocantur altaria sub personatu concessa.



iurisdictione episcopali, quantum ad ius eminens adinet, sint liberae et immunes. Dicasterium religiosum re ipsa tenet Abbatissa Quedlinburgensis. Eandem facultatem foederati Smalcaldici Capitulo et Abbatissae Gandersheimensi adscripserunt, quum petiere, ut heic religio reformaretur. Nec IVLIVS immutavit heic quicquam in rebus, ad cultum diuinum pertinentibus, nisi ex compacto cum Abbatissa et Capitulo. Sed quia ei, qui templum collegiatum frequentant, partim DVCI Serenissimo, partim Abbatissae obediunt, Pastores, qui in eo templo verba sacra ad populum faciunt, ex transactione veteri, dicasterio sacro DVCALI sunt subiecti. Ineunte hoc saeculo et nuperrime Fanatici homines eo mouere Abbatissam studuerunt, ut imaginariam tollerent religionem, decreto Ducalis dicasterii merito repudiatam. Sed eventus desiderii eorum nondum respondit, qui sese exemptos (m) credunt a libris symbolicis et iureiurando in illos praestito, a religione Evangelica, et theologia systematica. Est, qui olim Serenissimam ABBATISSAM persuasionibus extraneis cogere tentabat, ut (n) Tuchtfeldio, Exlutherano, & Theologo ad separatismum obstinatum ac errores varios praecipiti, permetteret facultatem conscendendi suggestum sacrum et ad auditores dicendi. Sed ipsa sic luce verbi diuini collustrata est, ut doceat doctores, et nugatorias nouitates ex animis infirmorum eximere ac delere conetur.

## §. VIII.

Praescriptum prudentiae dicitur, ut limitatio admittatur animo lubenti ac prompto, vbi compacta terminum exercendis iuribus nonnullis posuerunt. Exploratissimum tamen est, Abbatissam iussisse, ut Tilemannus Schraderus Compastor per suos daretur in custodiam, ob vitam flagitiose actam. Eadem cognouit causam (o) et litem, inter eundem et M. Valentinum Gräserum, Superintendentem heic generalem, exortam. At tum Abbatissae adhuc adhaerebant religioni Pontificiae. Ex eo tempore honos maior ecclesiasticus est exhibitus, dummodo ei iusiurandum et Principi et Abbatissae (p) datum ac prudentiam pastoraalem obseruarunt.

*Iliacos intra muros peccatur et extra.* Res ipsa ex Reecessibus ac quaestione de immedietate est decidenda. Sed materia haec meas nunc excedit vires, ac plurimi mortalium decisionibus haud multum pretii deferunt. Sufficit, ius consistorii Guelferbitani stringere Pastores et ludi magistros Gandershemenses.

## DISS. VII.

## DE TUTIONE REGIA.

CAP. I. de INVESTITURA ABBATISSARVM et IVREIVRANDO, Caesaribus praestando.

CAP. II. de NEGOTIO COMITALI.

CAP. III. de TESTIMONIIS CAESARVM ac Ordinum Imperii super dignitate Abbatissarum Gandershemensium.

CAP. IV. de REGALIBVS ABBATISSAE IVRIBVS.

CAP. V. de MONETA GANDERSHEIMENSI.

CAP. VI. de DIGNITATE PRINCIPALI, quae Abbatissatui per sese inhaeret, et immunitate ab oneribus Imperialibus.

CAP. VII. de SIGILLIS, quibus diplomata Gandersheimensi ecclesiae maiori data gaudent, et quidem

I. de REGIIS ac IMPERATORIIS a Pipino et CAROLO M. vsque ad CAROLVM VI.

2. de

(m) De hisce alias dicam fusius.

(n) Errores et phantasmata huius V. C. TUCHTFELDII ostenderunt Academici Halenses, et in primis Ven. Frölinghausen, ministerium Berolinense, Clausthalienense et Cellerfeldense ac Noribergense.

(o) Non de doctrina theologica, vel agendis ecclesiasticis, sed contumelijs mutuis, Iureue, an iniuria, illa euenerint, non disputo.

(p) Quid iurium inde sequatur, non definio.

INVEST

Summa §. 1.  
§. 2.  
§. 3.  
§. 4.  
§. 5.  
§. 6.

De auctoritate  
prehendim  
cae sententi  
rum maxime inter  
centi effluerunt a  
gata sunt, et quide  
plomata nonnulla i  
tissae collapsis eccl  
dignitar Abbatissae e  
ANTONIVS VLB  
tissimae iussu, dei  
rum remotiorum  
commentatio eiu  
in praefens cum  
addidi ea, quae  
SCHWEDERVS  
ex tripode pronu  
vel a quoquam ol  
memet contineo e  
penes alias esto iu  
HATHVMOL  
dom esse commendat  
tutionem regiam G  
Saxoniae obtinuit a  
perio seu Regno, ei  
eo tempore in Abbat  
me exercere poterat.  
tem Abbatissae euehe  
doli filiorum, qui D  
contradixerint vel A  
tempore, quae est Lu  
noo regali. Hoc mur

(\*) Argumenta, rum in  
iro historico praes  
sect. 29. p. 727

(\*\*) Si ad manus fuisset  
sem. At nullam

(c) AGIVS in eius Vita c.  
(d) Vide Diplomata Ludo